



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caout, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Homo quidam admirandis modis iterum iteru[m]que à B. virgine liberatur  
ab infirmitate & maligno Dæmone.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

**N**iuensis quædã mulier chirurgũ iã emiserat ad infecandũ filiũ, quando in miseratone in ipsum commotus, cum B. Virgini Camberonensi deuouit, & subitò infans lapillum emisit, qui ipsum cruciabat: & consequenter deduxit eum mater ante imaginem à perfido Iudæo perfidè cruentatam.

*HOMO QUIDAM ADMIRANDI  
modis iterum iterumque à B. virgine libera-  
ratur ab infirmitate & maligno  
Demone.*

## CAPVT XI.

**H**omo de Vallecuria & generatione  
Hugo Camberonam venit, vbi coram  
neuitæ Virginis imagine ac in præsentia  
tius conuentus affirmavit se die quodam  
admodum inflammatum ad verba quædam  
quæ ipsi relata fuerant, lectum & quietem  
tisse in flagranti sua cholera, intermisso  
cis signaculo. Eum verò malignus spiritus  
subitò inter scapulas arripuit, talique impetu  
in eundem irruit, & quasi taurus quidam  
bundus clamores & mugitus homo miser  
deret, quo ad vsque dirus aduersarius illi  
nus in os immitteret, talique violentia ipsius  
labia comprimeret & conroqueret, vt ultra  
vociferari nequiret. Homo confestim admi-  
rando timore correptus ad B. Virginem Cam-  
bero-

beronensem pie cōfugit, totoque cordis medullitio seipsum illi deuouit, ad id pia memoria permotus, quod aliàs sanctæ eius commiserationis experimentum fecerat in brachij sanatione, quod nullatenus mouere poterat. Hoc autem infortunio grauatus cum esset, benedictæ Virginis piam implorauit opem, cumque die quadam super quendam lapidem inter Tornacum & Camberonam sitū requisisset, simul atque euigilaui à somno ac in pedes stetit, à brachij incommoditate sese deprehendit immunem & liberum: intereaque temporis quo in ipso cœnobio canticū quoddam in gratiarum actionem decantabatur, is qui tali beneficio donatus fuerat, uidit vnam ex imaginis cicatibus mirum in modum adaperiri: quam ob causam seipsum in singulos annos deuouit peregrinum. In dicto autem extremo miraculo, toto conuentu presente iurauit in animam suam, quod piissimæ Virginis pia implorando suffragia, mulierem quandam ad modum imaginis Camberonensis sauciam viderit ad se descendere, quæ demonem sua abegit præsentia, sicque perfectæ redditus est sanitati.